

3:tio *subdioica*, culmo spithamæo; foliis subfiliformibus; spica mascula solitaria, femineis nullis. Hab. in summis alpibus haud raro. Num hæc fuit *C. Vormsköldiana* Hartm. Fl.? *Carex pulla* varietas *vesicariæ* e longinquo esse potest, at *Carex rotundata* magis aperte cum *C. ampullacea* confluit.

§. 58.

In geographica plantarum distributione, quæ sub excursionibus in Lapponia Tornensi et circa Lyngenfjord, annis 1826—50, observavi, postremum commemorare licet: *Utricularia vulgaris*, Karesuando, Hämhänjäkä. *Utr. minor*, ibidem. *Scirpus acicularis*, Karesuando, in ripis inundatis frequenter. *Molinia aquatica*, in Lyngenfjord. *Potamogeton flexicaule*, Karesuando, Närva. *Gentiana glacialis*, ad litora maris descendens in Lyngenfjord. *Saxifraga cernua* β . caule superne ramoso; petalis brevioribus; "germine subtus magis tumescente" Wahlenberg Fl. Sv. in alpibus Tornensibus in Råbdåvanka multis locis, ubi *S. cernuam* α . non vidi. *Alsine rubella*, in Råbdåvanka loco Storminkendä dicto. *Cerastium viscosum*, Karesuando multis locis. *Gnaphalium carpaticum*, ad Tjätjä supra Lyngenfjord parcius. *Carex microstachya*, Karesuando, Hämhän-